Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ysa

cõmunicet eum. Et hoc adomnõ
exercitium erunt ut mirabile
faceret consilium et magnificaret
iustitiam. XXIX

Ve ariel ariel ciuitas q̃
expũgnauit dauid. Addi
tis et annis ad annum.
solleminitates euolute sint. et
circũmallabo ariel. et erit tristis et me
rens et erit mihi sicut ariel. Et ci
rcumdabo quasi speciem meam circuitu
tuo. et iaciam contra te aggerem et
munimenta ponam in obsidionem tuam
et humiliaberis de terra loquens et de hu
mo audietur eloquium tuum. Et erit
sicut pithonis de terra vox tua et de hu
mo eloquium tuum mugiet. et
erit sicut pulvis tenuis multitudo
uelanorum te et sicut stamina per
transiens multitudo eorum et con
te preualuerunt. Et erit repente
confestim adomino deo exercituum
visitabitur in tonitruo et in cõmo
cõne tre et voce magna turbines
et tempestatis et flamme ignis deuo
rantis. Et erit sicut somnium vi
sionis nocturne multitudo omni
um que dimicauerunt contra ariel
et omnes qui impugnauerunt et ob
sederunt et preualuerunt aduersus
eam. Et sic somniat esuriens
et comedit. Cum autem fuerit expleta
uacua est anima eius. Et sicut
somniat sitiens et bibit et postq̃
fuerit expsefactus lassus ad huc si
ut et anima eius uacua est. sic erit
multitudo omnium gentium que
dimicauerunt contra montem sion.
Obstupescite et admirammini. fluctuate
et uacillate. inebriamini et non a uino.
mouemini et non ebriemini. quia misit
uobis dominus spiritum soporis. Claudet
oculos uestros prophetas et principes
uestros qui uident uisiones operiet
et erit uobis uisio omnium sicut uer
ba libri signati. Quem cum dederint
scienti litteras dicent lege hunc
istum et respondebit non possum. Sig
natus est enim. et dabitur liber nes
cienti litteras dicetque ei lege et res
pondebit nescio litteras. Et dixit
dominus eo quod appropinquat populus
iste ore suo et labiis suis glorificat
me. cor autem eius longe est a me. et
timuerunt me mandato hominum
et doctrina. Ideo ecce ego addam
ut admirationem faciam populo huic
mirabilo stupori et stupendo. Peribit
enim sapientia sapientibus
eius et intellectus prudentium eorum
abscondetur. Ve qui profundi estis cor
de. ut a domino abscondatis con
silium. quorum sunt in tenebris opera
et dicunt quis nouit nos et quis
uidet nos. Peuersa est hec uestra
cogitatio quasi si lutum contra figu
lum cogitet et dicat opus factori
suo non fecisti me. et figmentum di
cat fictori suo non intellexisti. Nõne
ad huc in modico et in breui conuer
tetur libanus in carmel et carmel
reputabitur. Et audient in die il
la surdi uerba libri et de tenebris
et caligine oculi cecorum videbunt
et addent mites in domino letitiam
et pauperes hominum in sancto israel.